

Kam 3488 C 1-127

5245



Kenz 34.88

DISSERTATIO INAUGURALIS
MEDICO - CHIRURGICA,

REMEDIORUM
GLUTINOSORUM

IN SISTENDIS
HAEMORRHAGIIS VIM ET VIRTUTEM.
ADSTRUENS,

QUAM CONSENSU
ILLUSTRIS MEDICORUM ORDINIS
IN ALMA FRIDERICIANA

PRO
GRADU DOCTORIS
SOLLENNITER CAPESSENDO
DIE IX. SEPT. M D C C X C I,
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR,
A. HERZ BING,
BEROLINAS.

HALAE,
LITTERIS FRANCKIANIS.



四三

GRADU DOCTORIS

PIREX 7200 E P.E. - M.P.C.G.XC1

A H E R E B I N G

北山房文集

五言律詩

新嘉坡及檳榔島之殖民地。THE COLONIES OF SINGAPORE AND PENANG.

VIRIS ILLUSTRIBUS
AC
AMPLISSIMIS;
PRAECEPTORIBUS SUIS,

OMNI, QUA PAR EST, OBSERVANTIA
COLENDIS,

HAS QUALES CUNQUE

STUDII ACADEMICI PRIMITIAS IN GRATIA
ANIMI PIGNUS SACRAS ESSE VULT

AUCTOR.



ATRIE'S ELLIOTRIUS

AG

AMPLIASSIMUS

EEAECETORIUS SUE

OMNI' QUA TAT ESS' OSEANIA ET

COLONIAS

HAB' CHALESCINQNE

ETAT' AD CROMIC TRIUMPHAS IN CHATE

ANNA' LIVENS SACRIS HOC ANT

ALCATOR



DE
REMEDIORUM
GLUTINOSORUM
IN SISTENDIS
HAEMORRHAGIIS VI ET VIRTUTE.

PROLOQUIUM.

Qui primuin ut scribendo in publicum pro-
deat, suosque labores quasi crisi Eruditorum
exponat, sua ratione ducitur, fere semper id
sibi tractandum sumit, quod ante alia suam at-



tentionem ciērit. Sed si illi labores auctorum
juvenum neque ingenium subactum, neque mul-
tam solertiam, neque dein exactissimum tractan-
darum rerum examen produnt, e re nata est.
Scilicet temporis angustia, et penuria librorum,
quos ad hunc finem consuli fas esset, et exigua,
immo nulla laus, qua homines illi critici scrip-
torem inexercitatum maſtare amant, efficiunt,
ut animum despondeat scriptor, quod quidem
temere facere censendus non est, ubi ea respe-
xerit, quae vires exiguas et erudititionem bene
debilem concernunt. Ita vero necesse est, agere
scriptorem juvenem, qui suo fini convenienter
agere contendit.



Transeendi ego difficultates: nam utilita-
tem laboris meamque laudem susque deque ha-
bens, tantum studui, ut virium mearum pe-
riculum facerem, notitiasque a me acquisitas
incremento quodam adaugerem. Igitur consi-
lio cepto redeundi statim, si via minus trita
foret, gressusque male securos impediret, con-
scripsi, quae vides, Benevole Lector, neque
ea dubito Tibi tradere imperfetta quidem, at
Tuo judicio Tuaque crisi forsitan plane
indigna.

Illi vero Lectorum, qui plus a nobis ex-
pectant, quam quae dare valemus, certi sint,



fore, ut mox aliquis ex Praeceptoribus meis
Clarissimis hac de re, de qua egimus, scribat,
eamque ipsam rem sua luce perfundat. Mea
igitur tractatio suo honori ducit, et ego certe
meo, potuisse indicare utilissimum ac lectu di-
gnissimum summi Viri, REILII nostri, opus.

non tenet nisi ratione etiam superius

super ratione i. cetero. et huius scriptum

is scripsit M. S. R. et hoc est quod dicitur

omnibus non patet. Quod ergo? scribitur eum

scriptum

non videtur scripsi etiam quod dicitur inter

and littera. perindeas omni tempore. Namque

... sed etiam copiam rursum ad ipsos secundum
remediorum numerum sicut in medicinae
secundum nos est, evenit, quodcumq[ue] obso-
letum non possit.

... tamen istud non officia supradicta, ab
autem ex circulatio, ex corporis, ex humecto,
est secundum nos, secundum politus medicorum, ex obso-
letum, ex circulatio, ex corporis, ex humecto, ex
humecto, ex corporis, ex corporis, ex humecto, ex obso-

letum, ex corporis, ex corporis, ex humecto, ex obso-

letum, ex corporis, ex corporis, ex humecto, ex obso-

Remediorum, quae ad sedandas haemorrhagias externas materia medica chirurgica commendat, numerum sat multiplicem novis aliis, ad huncce finem excogitandis, augere, male securum ac supervacaneum videri possit. Verum si rem studiosius intuentes, ipsam copiam remediorum hujus generis, nisi antea accurate aestimentur, fatis probare percipimus, nullum eorum esse, in quo haud quidquam desideretur, nullum omni casu promiscue adhibendum, neque proinde impediendis haemorrhagiis, ubicun-

A



que eae et qua demum cunque ratione vel occasione oriantur, satis aptum a); non poterimus certo modo studium, nova antihaemorrhagica inveniendi, non probare.

Quumque nullo non tempore inter Chirurgos, sua arte clarissimos, de dignitate ac momento remediorum ad sopiaendas haemorrhagias disputatum sit; satis patere videtur, nullum plane remedium hujus classis universalem aliquem sibi usum vindicare.

Ex iis, quae diximus, consequitur, ut contra tanti momenti casus, quales haemorrhagiae esse solent, remediorum apparatus non possit servare nisi inveniatur iste remedium. Neque ipsa Ligatura, quam tamen quidam certissimum remedium habent, ut generale respici debet. Acrel (videatur Chirurgische Krankengeschichte) narrat, octavo ab operatione aneurismatis spurii in brachio die, ligaturam solutam esse, ac aegrotum fluxu sanguinis perire. Ille ipse Auctor (consultantur die Abhandlung. der Schwed. Akad. der Wissenschaften T. XXXIX.) in vulnera arteriae cruralis ligatura sola non potuisse impediri haemorrhagiam, scribit.



sit esse nimius, donec olim contingat, inveniri aliquod, reliquis omnibus sua utilitate generali praferendum.

§. 2.

In haemorrhagiis a caussa interna ortis, ob hujus variam naturam, remedium universale repertu longe est difficillimum; verum quoque minus necessarium, quum non desint alia ad detectam caussam tollendam, haemorrhagiamque funditus sedandam. — Haemorrhagiae vero externae, sive ex casu, sive ab operationibus procedant, ab una tantum caussa proficiscuntur, scilicet a sublata cohaerentia solidarum partium, aut vasorum, sanguinem in corpore circum agentium, eumque, quo minus in statu naturali effluat, impedientium.

§. 3.

Si tale gluten compertum haberemus, quale illud v. c. Phryganaeae b) aut aliorum

A 2

b) Vid. Cl. Blumenbach, Praeceptoris optimi Naturgeschichte pag. 409.



insectorum aquatilium est, cuius ope thecas firmissimas sub aqua sibi compingunt; forsan remediis, sanguinis profluvium sedantibus nobisque cognitis, maximam partem sine damno careremus. Nam illud gluten, praeternaturalem aperturam aut vulnera vasorum, parietibus eorum inter se et cum proximis partibus rite conglutinatis, occludens, omnem promanationis sanguineae metum tolleret.

§. 4.

Medicatrices naturae vires, ubique in conservatione sanitatis efficaces, in laesione vasorum praecipue, continuo nisu aguntur, ut eorum haemorrhagias impedian et sequelas inde noxias, tum toti corpori, tum laefae parti imminentes, avertant. Saepius igitur haemorrhagia sponte sistitur, ubi scilicet decurtatio ac contractio vasorum laeforum sua vitute elastica, adjutae ab externi aeris actione vulnerisque irritamento, oricia praeternaturalia eo gradu contrahunt atque occludunt, ut sanguis ruber porro non transeat.



Ea spontanea vasorum contractio ad efficissimas naturae operationes in obstruendis haemorrhagiis refertur; ea locum vero non habet, nisi vasa laesa exiguum habeant diametrum planaque dissecta sint. Nam si tantum ad partem laesa sunt, retractio eorum labia vulneris magis distrahet, vulnusque ipsum dilatabit ac haemorrhagiam, quam suppressione debuisset, magis demum promovebit.

§. 5.

Non possum, quin hic quaedam de ea regula dicam, quam quidam Chirurgi exhibent, scilicet laesum vasculum esse dissecandum, ut eo melius retrahatur ac contrahatur. Profecto ea non semper locum obtinet. Difficulter enim saepe efficitur, an haemorrhagia ex laeso, an vero ex dissecto vasculo descendat, cumprimis, si in profundo vulnere adsit. Quodsi et haec difficultas cesset, tamen sedatio sanguinis gravatur, nisi ille secto vasculo statim fluere desinat, aut ubi iterum stillare inceperit: nam extremitates contractae vel resilientes sub partibus pro-

pe jacentibus absconduntur, neque sine magna molestia apprehendi possunt.

§. 6.

Contraëctio et decuratio vasculorum novum phaenomenon, ad sedationem sanguinis haud parum conferens, producunt: scilicet effluens sanguis ruber continuo minuitur, dum ejus loco materies aquosa glutinosa exfudat, quae idem mox cessat: et tunc omne vulnus vel tenaci glutinosoque humore, qui est lympha exfudans ac coagulata, tectum vel contraëctum vel plane exsiccatum est c)

§. 7.

Praecipuum, quo natura haemorrhagias fistit, est coagulatio sanguinis, vel thrombus, quo laesum vas occluditur, ac constipatur. Ad eum efformandum plura simul concurrunt; plurimum vero resilitio, decurtatio ac contractio

c) Bell system of surgery, Vol. IV. p. 5.

rupti vasculi eo confert. Praeterea certus quidam sanguinis motus regressivus, licet magni momenti non sit, tamen progressum sanguinis impedit, ejusque gelatinosas particulas in orificio praeternaturali vasis fisti facit. Motus iste regressivus, ut videtur, ab irregulari vulneratorum vasorum contractione procedit, quorum vivae ac mechanicae vires dolore ac impetu sanguinis profluentis exhauriuntur et demum plane agere desinunt *d).* Quo tum sanguis, in vasis contentus, suo motu per aliquem tractum destituitur, ibique haeret atque ita haemorrhagiam terminat, quatenus ob coagulationem partes ejus constituentes secedunt, quae demum, quantum fibrosae sunt, thrombus efformant, cuius soliditate ac cohaesione cum parietibus laesi vasculi vicinisque partibus, orificium ejusdem usque ad factam ramificationem obturatur.

§. 8.

Thrombus dictus mox celerius oritur, mox lentius, pro vario scilicet activitatis vasorum

d) E. Platners Zufüsse zu seines Vaters Chirurgie, I. Th. S. 134.



gradu, proque diversa sanguinis copia ejusdemque majori minorive ad coagulum proclivitate. — Secundum HEWSONII observata e) coagulabilitas sanguinis crescit cum ejusdem jactura, et debilitate hinc oriunda lentiorique ejusdem motu. Huic observationi gravissimum de sedanda haemorrhagia canonem superficit, ne felicet aegri irritantibus aliove modo excitentur, ut potius debilitas ac prostratio virium in aegroto continuetur: haec enim, inquit, generationem thrombi promovent. In nota ad versionem hujus tractationis f) canon iste ad applicationem etiam externorum antihaemorrhagiorum extenditur „Vielleicht“ sunt Interpretis verba, „könnte man aus diesem Grunde „auch viele andre sogenannte styptische blutstillende Mittel verwerfen.“ — Ipse PETIT in hac est haeresi g) omneque remedium, san-

e) Philosophical Transactions for the Year 1779.

f) Abhandlungen zum Gebrauch praktischer Aerzte, I. B. 2. St. S. 47.

g) Memoires de l'Academie de Scienc. de Paris.
Anné 1732. Pag. 540.

guinem sine irritationē coagulans, praeferit illis,
quae irritationem vulneris aut ipsam partium
destructionem producunt.

S. 9.

Quo autem magis sanguis ad coagulationem propendet, quoque rubrae ac ferosae partes magis a lymphaticis separantur, eo solidior perque lympham coagulatam aptior ille fit thrombus ad haemorrhagiam tollendam. Praxis chirurgica huic experientiae respondet. Dantur enim morbi, in quibus sanguis facilius coit in coagula lymphatica, quam in aliis. Hujus formae omnes illae sunt aegritudines, quae lympham spissam offerunt, ut scrophulosa, venerea et scorbutica materie enatae: Scorbutica vero vitia in primo tantum morbi stadio lympham spissam ostendunt. Operatione aliqua majori in hominibus ejusmodi malo infectis instituenda, haemorrhagia non modo facilius sistitur, verum et ipsi aegri citius suis vulneribus liberantur h).

 b) Memoires de l'Acad. L. c. p. 544.

§. 10.

Quamvis vero ex dictis pateat, naturam solam haemorrhagias exposita ratione curare, attamen plures, nec illi obscuri Chirurgi, QUESNAY *i)* YOOCH *k)* AIKIN *l)* BELL *m)* alii que omnem rem dubiis subjecerunt, thrombumque in sectionibus ejusmodi cadaverum obvium, ab ipsa morte rigoreque sanguinis explicare contendunt. Quem postremo nomine laudavi, BELLIUS ad illud phænomenon provocat, quod nobis examen in truncum membra amputati post mortem fiftit *n)*. At his opinionibus experientia contraria est, qua repertus fuit thrombus etiam in vasis dudum sanatis *o)*. Contrarium quo-

i) Memoires de l'Acad. de Paris, T. I. p. 187.

k) Cases and Remarks in Surgery. p. 38.

l) In appendice ad Cases in Surgery by Ch. White. 1771.

m) System of Surgery, Vol. IV. p. 5.

n) Loco citato.

o) Foubert Mem. de l'Acad de Par. T. III. pag. 206, et Arnaud Libr. cit. Par. I. pag. 190.

que evincit majorum vasorum obturatio; a coagulo sanguinis facta in vulneribus a globi scleropetarii ictu p).

§. II.

Interim tamen accidit, ut thrombus in vasculis eorum, qui haemorrhagiam fuere passi, frustra quaeratur: cuius rei sequens ratio reddi potest. Si osculum arteriae dissectae ulla ratione occluditur, sanguis ille post osculum motu caret, quo in coagulum abit et ita thrombus efformat. Si vero inde a clauso arteriae ostio ramusculus adest, sanguis hunc petet, et, quia non fistitur, minime coiens, thrombus haud generabit q). Ita facile perspicimus, thrombus interdum reperiri, interdum vero minus.

p) Vid. Cel. Richteri Praeceptoris pie venerandi Chirurgische Bibliothek. II. B. 3tes. Stük. S. 29.

q) Oeuvres posthumes de Mr. Pouteau T. I. à Paris, 1783. 8. — Richters Chirurgische Bibliothek, VII. B. S. 374.

§. 12.

Alio insuper natura tentamine haemorrhagias sedat, vasa scilicet vicinis partibus comprimendo. Haec compressio partim ab humoribus ubique exfudantibus atque stagnantibus, partim a tumore inflammatorio, quodlibet vulnus vel gravius vel levius comitante, explicatur. Quibusdam Chirurgis r) tumor vicinarum vulnerato vasi partium tanti momenti est visus, ut quaevis remedia, fluxum sanguinis sedantia, quae hanc naturae operam promovere videntur, e. g. styptica, ligaturam fibras corneas complectentem etc. aliis antihaemorrhagicis praeferrent.

§. 13.

Qui vero ita sentiunt, errare eos, neque damnum, a remedii stagnationem et inflammationem promoventibus metuendum, satis ponderare, facile ex refutatione Cel. RICHTERI s) colligitur.

r) Pouteau L. cit.

s) Loco citato.

Hac maxime ratione natura ipsa haemorrhagias sedare solet. Sane egregiis ea instructa est virtutibus, ac ad producendum eundem effectum varia diversaque procedit via.

§. 14.

Saepe vero omnes naturae beneficæ natus sunt insufficientes aut inutiles, quando scilicet vel vasorum magnitudo, vel nimius eorundem numerus, vel solidarum ac fluidarum corporis partium conditio aliena obstat, quominus vasa impedita ita contrahantur, obstruantur et comprimantur, ut effluxus sanguinis inhibatur: quo casu ars naturae succurrat, necesse est, eique remedia suppetat, quorum effectus cum effectibus naturae similes esse oportet.

§. 15.

Remedia, quaecunque ad sedandas haemorrhagias ab omni aevo fuere reperta, ad sequentia commodissime reducuntur: Scilicet

i) ad Cauteria,



- 2) Compressiones,
 - 3) Ligaturas,
 - 4) Styptica,
 - 5) Adstringentia simplicia, atque
 - 6) Absorbentia
- His demum addere liceat**
- 7) Conglutinantia, quae eosdem fere, ac adstringentia et absorbentia effectus produnt, licet certo modo ab his prorsus differant. Conglutinantia vero hujus tractationis argumentum praecipuum efficient.

Remedia antihaemorrhagica, quae diximus, duplices sunt generis, cum vel irritent et inflammationem, dolores, tumorem, aliaque symptomata vulneris adaugeant, vel haemorrhagiam sine his incommodis sistant: qua de causa haec, ubi certe sufficient atque applicabilia sint, illis esse preferenda, omni caret dubio.



§. 16.

Vetusiori aevo Chirurgi ad sedandum sanguinem absorbentibus terreis remediis, gypso, cinere, bolo Armeno, terra sigillata, aliisque ejusmodi utebantur. APOLLOPHANES Ischemum celebre invenit, quod GALENUS ¹⁾ describit, ipsumque ex calce aliisque remediis terreis constabat. HIPPOCRATES nihil simile adhibuit. Ischema ejusdem fere solis deligationibus constitabant. Stypticis ne vel semel usus est. — Idem GALENUS multorum Chirurgorum v. c. MELITONIS, ALEXANDRI etc. arida medicamenta et emplastra ad sanguinis profluvium coercendum citat. — VAN SWIETEN ²⁾ sunt, inquit, praetera alia remedia, quae licet non sanguinem faciant adeo (ut adstringentia) concrescere, tamen sanguinis effluxum cohibent: unde hoc respectu adstringentum nomen merentur. Talia sunt v. g. farina volatilis molitorum, gypsi pulvis et similia bibula corpora. „

¹⁾ De Compositione secund. gener. Libr. V. pag. 389. Edit. Basil. 1538.

²⁾ Commentar. in Aphor. H. Boerhave, T. I. pag. 346.

Singula haec remedia agunt mechanice, quatenus in tenuem redacta pulverem, sua vi resorbente serosis ac lymphaticis vulneris humoribus sese insinuant eaque ratione laesa occludunt. Verumtamen ea applicare periculo non caret, nec facile suadeatur. Ad quamcunque enim subtilem formam ea ope artis redegeris, primigeniam tamen naturam terream retinent, quin unquam lenitatem illam ac lubricitatem obtineant, qua alia tam egregie in vulnera agunt, immo potius vulnus ipsum magis contaminant, atque omni incommodo irritantium premuntur ^{x)}. Denique his remediis deest sufficiens virtus ligativa: quare in haemorrhagiis bonus effectus vix tuto ab iis sperabitur.

Transeo ad conglutinaria antihaemorragica. Haec non ut priora, tantum absorben-

^{x)} Vid. Cel. Krause Abhandlung von den Blutflüssen. Leipzig, 1783. S. 53.

do et coagulando agunt; verum et vi conglutinante, eaque sola vel reliquis praestant. Accedunt ad naturam animalem humorum visciderum, dum facillime eorum ope resolvuntur et magis solutionem quam mixtionem ingrediuntur. Resoluta gelatinam fistunt, valide lubricam, nihilque irritationis prodentem et facile se ubique insinuantem, ita ut in pluribus casibus ceteris antihaemorrhagicis praferri mereantur.

§. 19.

Reperiuntur jam apud antiquissimos Autores. **MUCHAMED ARASI** sive **RAZES** y) vulnera vasorum sanguiferorum, ope remedii ex albume ovorum et myrrha compositi, sanavit. — **Romani** valde celebrabant **Cochleas**: habent enim quiddam glutinis naturalis et compaginandi virtutem z). — Methodicorum opinioni-

y) In opere dicto **Elchabbi**, Sive **Continens**, in 27 Libros divisio. Libr. 13.

z) **Caelius Aurel.** Morbor. chron. L. II. C. 13. pag. 405. Edit. Amstelod. 1755.

bus maxime respondebant glutinosa ad haemorrhagias sistendas. Persuaserant enim sibi, communitem a) hic adeo impleri posse, ut apponetur deperdita portio. — PAUL. HERMANNI b), „laudatur, inquit, Gummi Arabicum in haemoptysi, mictu cruento, aliisque fluxibus: conductus in conglutinandis vulneribus, nec non ad immodicas gingivarum cruentationes: haemorrhagias praetera sistit.“ Tomo eodem (pag. 715) Tragacantham laudat, quae haemorrhagias mitiget.

a) *Communitates ex sensu Methodicorum erant loci Therapiae generalis, continebantque rationem morborum omnium. Statuebant enim, omnem morbum vel a relaxatione vel ab adstrictione prodire, eique opinioni superstruebant curam secundum axioma: Contraria contrariis esse opponenda. Idem sequebantur in morbis chronicis. Praeterea Communitates dividere solebant in therapeuticas ac chirurgicas: ad posteriores referebant externas ac organicas aegritudines. Themison Laodicensis, qui XX annis ante aeram vulgarem claruit, primus hujus scholae auctor videri posuit.*

b) *Cynosura materiae medicae T. I. pag. 714. Argentor. 1726.*

§. 20.

Nostrœ aevo conglutinantia antihaemorrhagica reduxerunt Angli, BELL *c*), BROMFIELD *d*), LEWIS *e*) et HILL *f*). Quoque PETIT eadem commendavit *g*). Multa demum hic facientia habent Autores Germanici. e. g. BUTSCH *h*), SCHMUCKER *i*), MURRAY *k*), cum primis KRAUSE *l*). Attamen nec haec remedia adeo nota sunt, eorumque usus adeo probatus, ut qui ea accura-

B 2

- c*) System of Surgery, Vol. I. pag. 54. sqq.
- d*) Chirurgical Observations, Lond. 1773.
- e*) Materia medica pag. 332.
- f*) Cases in Surgery, pag. 76+.
- g*) Mem. de l'Acad. de scienc. de Paris. Anné 1732,
pag. 75.
- b*) Arzeneymittellehre, Iena 1790.
- i*) Vermischte chirurgische Schriften, I Bd.
- k*) Apparatus medicaminum, T. II. pag. 413.
- l*) Libr. cit. pag. 9.

tius examinare atque eorum naturam, usumque peculiari ratione determinare instituerit, actum agere censendus sit.

§. 21.

Ea remedia cuilibet naturae regno insunt, praecipue vegetabili, quod sequentes eorum species offert: 1. Mucilaginem, 2) Guimata pura 3. Resinas et 4. Gummi - resinas.

§. 22.

I. Mucilago est albida, insipida, pelucidaque substantia, cuius consistentia, certae aquae quantitati unita, crassa, filamentosa, tenax ac viscida evadit, quaeque prorsus in aqua solvitur. Efficit haec mucilago palmariam generis vegetabilium substantiam, etiamsi non in singulis plantis aequa pura eademque in copia inveniatur. Usum hujus medicaminis videtur hoc loco esse idem, qui et materiae gelatinosae regni animalis. Ambae hae, quo ad plura sibi simi-

les substantiae, quae praeterea in aqua solutae
arctissime componuntur *m*), maxime sunt nutri-
entes atque aptissimae ad restituendas particulas
deperditas corporum vegetabilium ac anima-
lium *n*).

§. 23.

Extrahitur mucilago ex plantis vel planta-
rum partibus, per coctionem in aqua fervida,
et evaporationem: quo facto tenacem crassitatem
mucilaginis assequimur. Si evaporatio ad gradum
ebullientis aquae satis diu continuatur, mucila-
go formam aridam induit.

§. 24.

Reperitur magna mucilaginis copia in se-
minibus omnium farris specierum, Linariae,
Foenu Graeci, Psyllii; in seminibus Cydonio-

m) Vid. Cel. Grenii, Praeceptoris pie colendi
Handbuch der Chemie I. Th. §. 491. S. 327.

n) Macquer Chemisches Wörterbuch, Parte IV.
pag. 682.

rum etc. in Corticibus Ilicis, Cassiae lignae,
Simarubae etc. in Radieibus Salap, Althaeae,
Orchis etc. in Baccis Visci albi. Porro in me-
dulla quarumdam palmarum e. g. Sagu; in mu-
cis aliquarum herbarum, veluti Lichene Islan-
dico; in Foliis Althaeae, Malvae, Ilicis etc.

§. 25.

II. Gummata pura ratione naturae
suae a prioribus non differunt. Sunt enim succi
viscidii, qui vel sua sponte vel per incisiones ex
multis plantarum arborumque generibus exfus-
dant. Evaporante aqua substantia superflua fir-
morem consistentiam nanciscuntur. Plerumque
pellucida sunt, alba, insipida, odoris expertia:
in aqua solvuntur, talemque mucum praebent,
qualis ab initio fuerant. Quamvis pluribus
plantis eliciantur, tamen tres tantum species
palmares distinguiimus:

- 1) Gummi Tragacanthae ex Astra-
go Tragacanthae L., qui frutex per om-
nem Syriam atque alias Orientis plaga-

enascitur. Constat minutis albidisque frustulis, quorum fractura splendet; quaeque in formam vermicularem torquentur. Ex iunctis gummatum speciebus haec plurimum mucilaginis exhibit.

- 2) *Gummi Arabicum ex Mimosa Nilotica*, quae per Arabiam provenit ut et per Nubiam et Aegyptum Saicam. Constat rotundis horridisque frustulis, quorum optima valde albent et luci pervia sunt. Huic quod praferatur, licet unius penitus indolis sint, est *Gummi Senegal ex Mimosa Senegal* o).
- 3) *Gummi indigenum ex arboribus prunis, piris, cerasis aliisque*. At hoc non aequae, ac dictae species, purum est.

§. 26.

Ufus gummatum in plantis est harum nutritio: ipsa immo corpora animalia eis nutriuntur.

- o) *Vid. Muray L. cit.*

tur. Ita teste HASELQUIST *p)* integrae saepe cohortes pluribus diebus nil nisi Gummi Arabicum pro cibo assumunt. Nigritas quoque Gummi Senegal in lacte solvere suumque in nutrimentum vertere, habet ADANSON *q).*

In Therapia species Gummatum multiplicem praestant usum. Hic eas eatenus tantum examino, quatenus vi, qua pollut, insugente, humores inspissante ac conglutinante, haemorrhagiis sistendis inserviunt ad mentem Autorum supra occurentium.

§. 27.

III. Resinae purae a mucilagine et gummatibus, quoad rem, sive, quod dicunt, essentialiter differunt. Eam ad balsama naturalia rationem habent, quam habent gummata ad mucilagini *r).* Exsudant vel effluunt quo-

p) Reise durch Palästina.

q) Voyage au Senegal pag. 38.

r) Si Balsamorum ultra mentionem non facio, inde est, quod universim de substantiis fluidis antihaemorrhagicis hic non ago.

que ex quibusdam plantis ac ad aërem indurescunt; at instar Gummatum in aqua non solvuntur, licet omnino in spiritu vini diffuant. Habent praeterea sat gravem odorem et saporem aliasque virtutes, quibus a gummatisbus distinguuntur, quamvis his, quoad formam externam, minime sint dissimiles. — Constituunt penitiores partes substantiales plurium plantarum, maximamque partem, ope artis, liquefaciendo, excoquendo vel extrahendo, accedente spiritu vini, efformantur.

Notissimae maximeque vulgares sunt **Pix communis** ex diversis pinorum speciebus; **Gummi Mastiche** ex Pistacea lentisco; **Gummi Sandarac** ex Junipero communi; **Gummi Elemi** ex Amyri Elimifera; **G. Benzoë** e Crotoni Benzoë; **G. Animae** ex Hymenea Courbaril in Brasilia; **G. Copal** ex Rhonte Copallino; **Olibanum** ex Junipero Lycea; **Guajacum** ex Guajaco officinali; **Sanguis Draconis** ex Calamo Rotang, Dra- caena Drac. et Petrocarpo Drac.; **Gummi Laccæ** ex Crotone Laccifero, praeter alias



Gummatum species, quas Cel. GRENS^{s)} ab ordine recenset.

§. 28.

IV. Gummi resinae nil nisi succi plantarum inspissati sunt, qui ex gummosis resinosisque partibus, impari diversaque ratione commixtis, constant. Hinc neque in aqua, neque in spiritu vini prorsus resolvuntur, licet frictione continua aliquid resolutionis vel potius commixtionis producatur, quatenus pars gummosa substantiarum, per aquam soluta, resinosa eam runderem partem recipit sibique adjungit. Externa fere specie a resinis puris discrepant, cum non sint luci perviae aut transparentes, quod quidem a certis quibusdam chromaticis rebus, eisdem admixtis, derivandum videtur.

Ad has pertinent: **Gummi Ammoniacum**, **Opoponax** ex **Pistacea Opoponace,**

^{s)} Libr. cit. pag. 247. — Usus loquendi pluribus harum specierum Gummatum nomen indidit, quem et nos sequi oportet.

Scammoneum ex convolvulo Scammonea,
 Bdellium, Myrrha, Sagapoenum, Eu-
 phorbiun ex Euphorbio officinarum, Gal-
 banum ex Bubone Galbano; Gummi Gut-
 tae ex Cambogia Guttae; Afa foetida ex
 Ferula Afa foetida; Gummi Hederæ ex
 Hedera Helice; Styrax ex Styrace officinali;
 Gummi Carannae; Sarcocolla ex Pe-
 naea Sarcocolla etc. De Sarcocolla ita HILL t):
 „Est Gummi resina, quae proxime accedit ad
 pura Gummata. Olim multa laudatur ad con-
 solidanda Ulcera: inde nomen Sarcocolla.“

§. 29.

Neque desunt resinosae substantiae ex regno
 minerali, quae nomine Bituminum satis in-
 notuerunt, quas autem propterea hic transeo,
 quod eorum nec unum quidem ad nostras ratio-
 nes commodum est.

t) Loco citato.



§. 30.

Restat, ut eas ex regno animali adducam substantias, quae ob naturam viscidam, colligamque ad conglutinaria antihaemorrhagica referenda forent. Vocantur communi adpellatione Gluten. Indicamus vero hoc nomine tenacem viscidamque substantiam, cuius ope corpora ipsa inter se combinantur, vel quae stamini partium ipsarum majorem gradum rigiditatis ac cohaesionis impertiri valet.

Veniunt ejusmodi glutina vel a vegetabilibus vel ab animalibus substantiis. Priora natura sua sunt mucilaginosa; posteriora gelatinosa. Utraque pro virtute et effectu valde inter se conveniunt, facile junguntur, neque in examine chemico aliquam majoris faciei diversitatem praebent.

§. 31.

Gelatina animalis, seu Gluten animal maximam machinae animalis partem constituit, in omnibus ac singulis, tam fluidis

quam solidis particulis, licet quantitate diversa, continetur, ex iisque coquendo aqua extrahitur. Aqua, gelatinosis ejusmodi particulis imprægnata, si ad definitum gradum evaporet, residuum coagulatur in veram gelatinam: si vero usque ad siccitatem partes aqueae evaporent ad ignem — qui tamen tantus non sit, ut gelatinam ebullire faciat, — primum glüten, post autem species duri et compacti, magis minusve perspicui, cornu prodit, quod *Gluten Scri-
nariorum* compellant.

§. 32.

Maxima ex glutinibus gelatinosis laus est *Ichthyocollae*, quae ex apertis probe lotis et convolutis vesicis *Acipenserum*, in primis *Hu-
sonis* aliorumque piscium conficitur. Qui ea colla pro glutine uti vult, eam malleo frangit in minuta frustula, haecque dein secat forfice, sol-
viique perro jubet ad modicum ignem in aqua,
vino, aut spiritu vini, massa continuo subacta.
Solutio spiritu vini peracta, collam longe fortis-



simam efficit. / BERNSTEIN u) hanc solutionem ad injectiones in haemorrhagia narium veheminentiori laudat.

S. 33.

Porro ad haec glutina pertinet lymphæ coagulabilis et albumen ovorum, quae ubi demum consistunt, beneque torrefacta sunt, durissima et vix solubilia evadunt x). Postremo viscida, glabra, triticea similaginis substantia, quae post separationem amyli partisque saccharinae remanet, magis ad gelatinosa quam mucosæ glutina referenda esse videtur: ut et illud gluten, quod coquendo ex spongia glutinosa, quam descripsit CL. OTTO FRID. MÜLLER y) quaque Pezizam Polymorpham vocant, extrahitur.

u) Chirurgie I Theil. S. 576.

x) Macquer Chem. Wörterbuch II Th. S. 325.

y) Abhandlungen der Schwedischen Akademie auf d. I. 1762. S. 105.

§. 34.

Breviter jam indicavi ea antihaemorrhagi-
ca, quae viscosam ob indolem suetis certa sub-
rerum conditione in haemorrhagiis praferenda
videntur. Et numero ea et diversitate magnop-
ere multiplicantur, non pro natura tantum sua
mucilaginosa, gummosa aut resinosa; verum
quoque pro certa quorundam ad hancce omnino
classem pertinentium, e. g. Gummato - resino-
forum, quae ex ratione mixtionis partium sub-
stantialium enascitur, varietate. In gummi am-
moniaco, opoponace et scammoneo resinosaes par-
tes gummatis fere sunt aequales; in Bdellio,
myrrha et Sagapoeno gummi resinam praepon-
derat; in Euphorbio autem galbano, Gummi
Gutta, Afa foetida, Gummi Hederae, Ladano
et florace, Gummi a resina vincitur α). Alia e.
g. Gummi Laccæ, Sanguis Draconis, Aloë et
Opium sunt demum magis composita α). Quae

α) Vid. Wallerii Hydrologie, Berlin 1751. pag.
108.

β) Macquer L. c. T. II. pag. 762.

remedia proinde alios valerent effectus producere, quare non solum fini nostro non responderent; verum et eidem adversarentur.

§. 35.

Praeter hanc cautionem, in adhibendis remedii nostris necessariam, merito et alia circa modum applicandi eadem, quum scilicet non sint in quovis menstruo solubilia, consideranda est: Spirituosa quippe tantum partes resinosa Gummi-resinosi; gummosas autem tantum aquosa menstrua solvunt, nisi peculiari modo in solutione procedatur. Sed hanc difficultatem tollemus, omnia remedia antihaemorrhagica, sicca specie adhibendo, prout sequentia clarius docebunt. Magna quoque cum probabilitate conjicio, quaevis horum remediorum in partibus sanguinis ferosis ac lymphaticis haud aliter ac in albumine ovorum solvi, et quamquam ea solutio sit minus completa; tamen particulae eo modo intime miscentur, qui ad scopum nostrum satisfacit.

§. 36.

§. 36.

Majoris ponderis sequens, quam nunc dis-
cutiendam aggredior, est quaestio: scilicet, an
nostra remedia haemorrhagiae sedandae suffi-
cient? An nempe sufficient, impetum sanguinis
ad laesa vasis alicujus loca repellendo, apertum-
que vasculum ita occludendo, ut sanguis ulterio-
ri fluore prohibeatur? Ut justa huic quaestioni
fiat responsio, respiciendum est ad qualitates re-
mediorum, tum ad modum, quo agunt, deni-
que ad pericula, quae ex hoc fine fuerunt facta,

§. 37.

Itaque primo consideremus qualitates
remediorum. Iam supra monuimus, ea indolis
esse absorbentis, inspissantis et glutinosae. Ve-
rum ob utramque hanc illam virtutem, quam
modo indicavi, haec remedia non utique suffec-
tura videntur haemorrhagiae sedandae, quum
impetu suo, quo laefam partem petit sanguis,
denuo facile viam per aperturam imbelli impedi-
mento clausam inventurus foret. En rationem
ex pluribus, cur antihaemorrhagica terrea re-

C

jecerim. At affectio glutinosa nos hic securos praefstat.

Quo magis ergo remedium conglutinat et quasi visco constringit, sive, quo plures continent partes mucilaginosas ac gelatinosas, eo aptius est vasculo aperto occludendo sanguinisque fluxui terminando. Proinde ex ejusmodi remediis prae ceteris ea deligantur, quae his virtutibus maxime sunt praedita, nisi aliae rationes obstant, quominus hanc normam sequamur.

§. 38.

Ut vero varium glutinis speciei horum remediorum inveniamus gradum, duplici modo examen institui poterit. Nam vel i. gluten junctum cum menstruo, ad resolutionem apto, ita investigamus, ut marmora, vitra, vel metalla, omni studio polita, solutione horum remediorum, spissitudinem mellis imitante, tingamus, superficies eorum deinde arctissime componamus, et postea ponderibus appensis distrahamus. Cognoscendus vero varius glutinis erit gradus ex

comparatione virium distrahentium. At ea cautione opus est, ut easdem marmoreas superficies vel metallicas in usum vocemus, bene antea a faece purgatas, utque in solvendis remediis nunquam plus addamus liquorum, quam solutio postulat.

§. 39.

Experimenta, quae in quaedam dictorum remediorum instituimus, fuere facta, ope stan- ni admodum politi et quatuor pollices quadra- tos ampli, sequentique ratione se habuerunt:

- 1) Farina triticea, pultis forma indita, sex pondo appensis distrahi superficies si- nebat.
- 2) Gummi Arabicum, aqua solutum, ad formam pultis oblitum, easdem superficies dividi patiebatur quatuor et sesqui pondo, unciaque dimidia tribusque drachmis.
- 3) Ope Gummatis Thragacanthae idem fiebat pondo sex tribusque octavis.

C 2

- 4) Succo Acaciae verae — sex pondo.
- 5) Terra Yaponica — duobus pondo,
novemque unciis.
- 6) Gummi kino — quinque pondo tribus-
que quartis.
- 7) Eadem solutione facta in Alcohol vini
— septem et dimidio pondo.
- 8) Colophonio, in Alcohol vini soluto
— dupondio et septem unciis.
- 9) Sanguine Draconis soluto in Alcohol vini
— dupondio et quindecim unciis
- 10) Gummi Sarcocollae — quinque
pondio et viginti octo unciis.

§. 40.

Vel 2. superficies ita tinctae siccantur, et
deinde appensis ponderibus divelluntur. Hac
ratione efficacia remediorum non solum melius
cernitur, verum fit et minus dubia et certior,
uti sequentia demonstrant experimenta. Tigna

quatuor pollicum quadratorum mucilaginosis,
aqua in mortario ad consistentiam mellis tritis,
conglutinabantur reponeranturque tribus diebus
siccatum.

Cum divellenda essent,
tigna, pulte farinae triticeae tincta,
appensis undecim pondo distrahebantur:

2. Gummi Mastiches — decem unciiis

3. Gummi Kino — Sex et dimidio pondo:

4. Gummi Arabico — pondo centum et
triginta quinque

5. Gummi Tragacanthae — Centum
et triginta sex pondo.

Ex quo patet, Gumata pura, obglutino-
sam naturam, mixtis et compositis, huic fini
esse aptiora.

Quod autem secundum attinet modum, quo haecce remedia haemorrhagias intercipiunt, evictum est, semper id fieri Thrombo. Auxilium illud magnum et fere universale, quo et natura et ars fluores sanguineos compescit — id quod cernere est in stypticis, ligaturis, compressionibus ipsoque cauterio — leniori multo ratione, quam ullo alio artis remedio obtinetur. Quum enim mucilaginosae et gummosae substantiae nihil, quod irritet, contineant, sed involvant potius et mitigent, doloresque leniant; vulnera nulla omnino ratione gravant. Immo ubi inspissatos humores offendis, multo magis securus erit per haec, quam qui per alia remedia productus est thrombus. Ille quippe lateribus vasculi partibusque vicinis multo firmius adhaeret, quam thrombus stypticis paratus. Remedia porro mucilaginosae gummosaeque indolis sua virtute et mitigante et involvente quodvis irritamentum vulneri adimunt cohibentque symptomata ex irritamento prodeuntia, puta dolores, convulsiones aestus ac congestiones ad vasa laesa: symptomata, quae thrombum jam existen-

tēm faepe expellunt novasque haemorrhagias efficiunt. Denique si consideramus, quam nullo fere negotio haemorrhagiae sistantur — nisi eae sint in vasis majusculis — quam saepius sufficiat compressio, fascia leniter adstricta, vel dīgito facta b); Si postremo virtutes sane non parum glutinosas et compaginantes nostrorum remediorum cum dictis conferimus; utique plurima bona ab iis ad sistendas haemorrhagias expectabimur.

S. 42.

Illustris Theden, auctor libri: Neue Bemerkungen und Erfahrungen aus der Arzneikunde Parte I. pag. 46. haec habet. „Mir ist es verschiedentlich begegnet, dass ich durch Zusammendrückung der Pulsadern, bei Wegnehmung der Finger keine Verblutung gefehlen habe, welches gewiss zum Nachdenken Gelegenheit geben muss.“ At quomodo haec explicabis,

b) Vid. Petit Mem. de l'Acad. de Chirurg. de Paris. Anné 1731, pag. 132.

nisi statuas, lympham coagulabilem, in ipsa compressione vasculi, latera ipsius vasis ita combinasse, ut orificio ejus clauderetur, sanguinisque fluentis impetus sisteretur? Quanto meliorem vero effectum sperabimus, ubi salubres naturae nisus, compaginanti et glutinanti lymphaticorum humorum virtute nitentes, fulciuntur quoque remediis, has qualitates juvantibus, iisdemque proximis prout ab effectu sequi videntur! Verum haec multo erunt clariora, ubi eos casus indicaverimus, quibus haec remedia, oppido indicata aliisque praferenda esse videntur.

S. 42.

Transeamus ad Experimenta, quae ope quorundam dictorum remediorum in animantibus vivis ipsi instituimus,

Experimentum primum.

Una cum Ill. meo Praeceptore REIL constitueramus, venam cruralem cuniculo aperire;

ob vehementes autem animalis motus, laedeatur arteria cruralis eo loco, quo ex abdomine sub ligamento P o partii egreditur. Parum fidentes conglutinantibus antihaemorrhagicis, vincula comprimentia arteriae laesae admovere contendimus. At conica ejus partis figura in ejusmodi animalibus, ingentesque animalis motus perdebant operam firmandae fasciae datam. Nihilominus haemorrhagiam, soli gummi arabico, linteo carpto applicato, stupentes animadvertisimus cedere. Vulnus post aliquot claudebatur dies et animans suo damno exemptum hodienum vivit.

Experimentum secundum.

Quo experimento edoctus, idem postea in cane repetivi. Resecui namque cutem in interiori cruris latere usque ad inguina, recta linea, aperui studiose arteriam cruralem, quam mox ex pulsatione cognoscere licebat. Hanc pollice ac indice manus sinistrae ossi femoris adstrinxii fecique in interstitio horum digitorum vasi dicto admotorum artificialem aperturam dimidii pollicis. Is demum sanguis sequebatur, quem par-



ticula arterias illas ab reliquo systemate arterioso divulsa, continebat. Factae aperturæ imposui particulam agarici praeparati, propria gummi arabico bene sparsam, eamque pressi, donec gummi circa vulnus fieret glutinosum. Agarico praeterea imposui linteum carpum, cunctisque levi complicitis fascia, circuitus sutura strinx, nequid dimoveretur; neque hanc nostram operam sefellit evenitus.

Fere a ligatura pulsatio arteriae sentiri poterat: quod probat, ipsam compressionem fuisse levissimam.

Paucis diebus praeterlapsis, solvi fasciam, agaricumque cum gummi Arabico sine negotio sustuli: vulnus enim jam suppurare ceperat. Arteriae vulnus clausum, neque videndum, nisi striae pellucidiores tunicas ejusdem distinxissent. Cetera naturae commissi, fascia non amplius imposta: vulnus enim sponte claudebatur.

Experimentum tertium.

Eidem cani amputavi crus supra locum olim vulneratum, beneque jam curatum. Primum cruri, a Sodali probe retento apposui torcular Morelii, quo facto ex regula artis, pro virili parte, crus ipsam resecui. Offe serra secto parum sanguinis apparuit in superficie trunci, coarctatis scilicet fascia vasis circumjacentibus cunctis.

Amputatione facta cruentam trunci superficiem conspersi farina triticea, bene siccata, imposui insuper linteum carptum, eadem farina egregie instructum: cui pulvinar linteum fuit additum: cuncta circumdedit vesica bovis macta defacta.

Remisi postea fasciam, formam torcularis imitantem strictam: cuncta dabant prosperos eventus.

Inquisivi quoque postea amputatum crus ac arteriam cruralem olim vulneratam: hujus cicatricem oculo non armato vix reperi, licet

facile animadverteretur facileque distingueretur
a reliqua tunica: erat enim ejus locus elevatior
et tactui quasi callo obductus apparebat.

Moriebatur vero animal nocte amputatio-
nem secuta: mortem sanguinis profluvio adscri-
bebam primum; at mox opinionem emendavit
ligatura minime turbata ac pulvinar linteum su-
perficiei trunci optime adhaerens.

Amylum cum lympha in quandam pultem
concreverat, in pultem maxime tenacem ac
glutinosam.

Arterias trunci dissecans offendi thrombos
durissimos, magnique incrementi.

Experimentum quartum.

In latere sinistro colli canis subligavi ve-
nam jugularem, eamque secui supra ligaturam.
Prosiliebat sanguis; at venam mox digitis com-
presi, tum vasculum filo strinxi, eodemque filo
frustulum spongiae communis, gummi traga-

canthae oppido sparsum, venae orificio adligavi. Sanguis ad tactum fere gummatis stetit eoque junctus est. Filum, ut necesse erat, ad spongiam firmandam in diris animantis subsultibus, strictum fuit. Ut vero omnem constrictio vel subligationis suspicionem renoverem, filum stante sanguine resecui; quo facto nil mutatum est. Integrum vulnus siccis linteis obligavi et fascia lanae circumdedi.

Post aliquot dies orta est suppuratio, fortior sane, quam in vulnera cruris supra memorato: forsan ideo, quod animans vulnus non potuit tam bene lingere, id quod, ut constat, plurimum ad sananda animalium vulnera confert. Spongia quoque, gummi thragacanthae tincta, ac ligatura partis inferioris sponte dissol- vebantur, vulnusque ipsum sine ullo alio haemorrhagiae vestigio sanatum est.

Occidi postea canem, venaque jugularis in latere dextro extensior mihi visa est, ac erat ea lateris sinistri ante vulnerationem. Neque id mirum est, cum istud vas et socii munere fungi

omnemque sanguinem ex capite ad cor reducere debuerit. Venae vero lateris sinistri jugularis extremitates coincidebant, concreverantque cum partibus vicinis, et totae ligamentosae erant. In sectione dabant materiam tenacem, cumpri-
mis extremitas superior: materia utique nil erat, nisi thrombus in vasculo per stagnationem sanguinis generatus.

Experimentum quintum.

Aperui abdomen canis, omentum protraxi et quaedam vascula majora laesi, quae obligavi linteis tenuibus et gummi Arabicō: post haec cuncta vulnera interiora filis strinxi. At minime respondit effectus. Haemorrhagia quievit quidem brevi tempore; sed ligatura fieri non potuit, animansque mox obiit.

Experimentum sextum.

Cani magno cutem magno vulnere incidi in crure. Sanguis subito ex toto vulnere pro-
manabat, quasi ex spongia pressa: praecipue

vascula quaedam minora sanguinem large fun-
debant. Imposui vulneri frustulum planum ac-
leve spongiae, farina triticea sparsum, quod per
aliquod temporis spatium manu adpressi et san-
guine stante, fascia subligavi.

Sex horis praeterlapsis fasciam solvi spon-
giamque detraxi, quae multum adhaeserat; at
haemorrhagia ex vasculis minoribus denuo pro-
dibat, quare haec ipsa, ut antea feceram, sub-
ligavi, eoque statu rem esse jussi usque ad sup-
purationem, qua accidente imposta sponte pro-
cidebant et curatio ope naturae sequuta est.

§. 44.

En pauca illa experimenta, quorum tenore
ducor, ut conglutinantibus antihaemorrhagicis
patrociner, quorumque felix effectus omnem
operam certe compensaturus est, quae ulteriori
eorundem examini impenderetur. Ego vero ea
non magis, quam sat est, laudaturus, ingenue
fateor, me his remedii minime omnem effica-
ciam, aptitudinem et applicationem tribuere.

Quum enim analogia functionum animalium iis-
dem viis vias non semper monstrat, quumque
minor sensibilitas majorque irritabilitas anima-
lis, sicut et major virium animalium efficacia,
perturbationumque animi vel minor numerus,
vel minor ut plurimum intensio, praeter multa
alia, aliam machinae brutorum, quam eam,
quae hominum est, involvant oeconomiam (ex
cujus tamen constitutione omne sanitatis aegri-
tudinisque pendet momentum); sequitur, ut
remedia debeant esse maxime diversa, quae qui-
dem erunt in utroque genere vel sanitatem con-
servantia, vel fulcientia, aut si vacillaverit,
eandem restituentia.

§. 45.

Quod praecipue moneo, est, in laesis vasis
majoribus praestantioribusque corporis humani
nostris remedii locum vix esse dandum: in his
enim ligatura et compressio primum sibi vindic-
cant locum ad inhibendas haemorrhagias, nisi
forsitan peculiaria adsint adjuncta, quae iis appli-
candis

candis vel nullum vel perdifficilem tantum locum concedant.

§. 46.

Sunt vero laesiones, quibus ex omni indicatione haec convenientia remedia, aliisque jure anteponuntur. Sed illae ipsae laesiones minus patent, quam ipsa nostra antihaemorrhagica glutinantia omnino parum sint vocata in usum. Annitar interea, quasdam ejusmodi vasorum laesiones ut indicem.

§. 47.

Accidit nonnunquam, ut largior copia sanguinis non ex vasculo majori, sed ex arteriis singulis minoribus superficie vulnus evacuetur. Ista haemorrhagia vulnus majoris admodum est aggravans, difficillimeque fistitur *c).*

c) Vid. Bell L. c.

D



Videntur autem haemorrhagiae istius generis indubie a triplici vulneris statu pendere: ad quemvis horum proinde antihaemorrhagica applicaturus respiciat.

Primus status est praeternaturalis plexus venosi extensio in circuitu ejus partis, quae operationi subjicitur. Id cernitur maxime in extirpationibus tumorum cysticorum, scirrhorum et mammarum carcinomatofarum, ubi scilicet haec mala majora sunt. Extensio vasorum eo casu porrigitur ad telam cellulosam, saccum proxime circumdante, quo ipso haemorrhagia difficilius fistitur. Desunt enim hoc casu salubres naturae nifus, queis ceteroquin haemorrhagias inhibet, videlicet contractione et coarctatio vasorum: quippe quae extensis eorum tunicis maxime laxantur et fibrae musculares quasi sunt detensae. Hic sane conglutinantia indicata esse videntur, ea quidem, quae simul irritant, tonum vasis reddunt contractionique patrocinantur. Hujus generis sunt Terra Catchu, succus Acaciae verae, Hypocistidis, Gummi Kino etc. Si vero haec remedia, non

sufficient, superest rese^tio telae cellulofae una
cum vasorum extremitatibus praeternaturali
modo extensis d).

§. 48.

Ubi vero vasa non sunt praeternaturaliter
extensa, dupli modo res cernitur:

Reperimus scilicet in hominibus robustis
haemorrhagias, quae a nimia copia sanguinis,
vascula obsidentis, vel a nimio ipsorum vasorum
tono, vel ab utroque, quod memoravimus, ma-
lo proveniunt.

Dein haemorrhagias ut plurimum invadere
eos notamus, quorum corporis habitus priori
omnino adversatur, viribus eorum ultra mo-
dum laxis fractisque. Hae vero haemorrhagiae
oriuntur sanguine putrido ac resoluto, vel re-
missio vasorum minorum tono, vel coincidente
caussa utraque.

D 2

¶ Vid. Cel. Richter Chirurgie I. B. S. 308.

§. 49.

In corpore bene fano, cujus succi minime sunt putridi, cujusque solidae partes tonum sibi debitum habent, solent etiam in vulneribus majoribus, sed subligatis demum arteriis magnis, reseissa vascula minora tono, in statu fano ipsis respondente, atque irritatione aëris externi, cui jam patent, non solum diametro sed et longitudine imminui et coarctari, atque eo superficie partium circumdantium profunde subtrahi.

§. 50.

Haec naturae operatio se sola, in plurimis casibus ad sistendas haemorrhagias arteriolarum sufficeret; sed accedit alia, eaque efficacissima caufa, ab ipsa natura ad hunc finem destinata, scilicet exsudatio tenuis et glutinosi humoris ex coarctatis orificiis vasculorum. Hic autem humor, qui plurimum partium coagulabilium massæ sanguineae continet, si aequali modo per omnem vulneris superficiem diffunditur, ad haemorrhagias sistendas sua virtute balsamica conglutinante plurimum conferat, necesse est.

§. 51.

Quando autem contraria eveniunt symptoma, aut sanguis ex superficie vulneris continuo adhuc exsudat, ad peculiarem corporis aegri habitum respiciendum est. Si enim aeger juvenis est ac vividus, tonoque fibrarum muscularium egregio; ad sistendas haemorrhagias optime facit relaxatio systematis vasorum et deinde applicatio externa antihaemorrhagigorum non irritantium, qualia sunt Amylum, Gummi Arabicum, alia.

§. 52.

Multo autem crebriores sunt haemorrhagiae tales in hominibus habitus laxi et debilitati, quorum solida tonum perdiderunt, et fluida quodam modo soluta sunt. Quum hoc easu vascula tono, ad restrictionem haemorrhagiae requisito, careant, quumque humores balsamicis et glutinosis destituantur particulis, quae alias ex orificiis vasorum coarctatorum exsudant eaque occludant; haemorrhagia non impedita perdurat, aegrumque citius aut len-

tius interimit, nisi ars desidiam naturae sup-
pleat.

Universim fane hic ea omnia, quae solidas
roborant partes, vasculisque tonum et humo-
ribus naturalem suum habitum reddunt, in-
dicantur.

Externe vero ea praecipue adhibeantur re-
media, quae tonum vasorum adaugent, sup-
plentque desideratam lymphaticam gelatinam.
Hujus generis sunt conglutinaria antihaemor-
rhagica, ea cumprimis, quae simul pollut vir-
tute irritante et adstringente.

Et egregio effectu proderit remedium, An-
glis ad sistendam haemorrhagiam usu veniens,
Balsamus nempe Traumaticus e). Is

e) Balsamum Traumaticum ad formulas phar-
macopoeiae Edinburgensis constituant Benzoë, Bal-
samus Peruvianus, Aloë, et spiritus vini recti-
ficatissimus, una triduum digesti tumque percolati.
Pharmacopœia Londinensis Balsamo Peruviano
substituit Balsam. de Tolu, additque Storacem,

enim humores inspissat, supplet defectum gelatinæ animalis, et vasculis relaxatis omne illud irritamentum subito conciliat, quo egere videntur f).

§. 53.

Huc pertinent quidam alii casus, qui easdem, quas ceteri, cauſſas habent, eamdemque curam requirunt.

Sunt vero iſti casus haemorrhagiae feriores, in vulneribus ſaepe obviae, quae ſi non oriuntur ex debilitate corporis; certe tamen prodeunt a relaxatis partibus vulneri vicinis, ceduntque faepius curae topicae g).

Interdum facta amputatione, per suppurationem ex superficie trunci sanguis promanat: hoc caſu properanda ſunt auxilia, cum ne uncia,

f) Vid. Bell L. c.

g) Vid. Bernstein Praktisches Handbuch für Aerzte und Geburtshelfer I. Th. pag. 576.

quidem sanguinis sine gravissimo aegri danno amitti queat h).

§. 54.

Interdum laeduntur vascula in profundo vulneris, quibus haemorrhagia difficilima suboritur, propterea, quod **vulnus** non semper poterit dilatari, nec fieri, ut vascula laesa, quod nonnulli autorum suadent, ubique subligentur. Ipsa quoque dilatatio moram postulat, aegro noxiā, et styptica ob nervos complures, in profundo vulnere obvios, raro applicabilia videntur.

Restat igitur, ut compressionem, quae quidem omnia ea incommodū involvit, quae Chirurgi jam omnes norunt, applicemus. Huic malo, ex mea quidem sententia, glutinosis remediis optime occurritur, quae si non sufficiant fluxui sanguinis plane compescendo, compressionem tamen ipsam hic jam applicandam lenibunt. Im-

b) Vid. Bromfield L. c.

mo non solum compressionis incommoda carent, verum et ipsam haemorrhagiam multo citius sistunt, quam si compressio simplex apponetur, qua apposita semper timendum est, ne turbatio ejusdem aut dimotio denuo sanguinem proliciat. Incommodum hocce, quod quamcunque curam haud raro fallit, non semper minister aegri caverbit e. g. post pugnas vel paupere ægrotante, cui nullus inservit.

§. 55.

Etiam haec nostra remedia laudantur, ubi vas laesum ossificatum est. Ligatura ad sistendam haemorrhagiam hic prorsus nihili valet, cum parietes arteriarum eo gradu non possint constringi, ut orificium praeternaturale claudatur penitus. Neque hic stypticis locus erit, utpote quae nihil conferunt ad contractionem callosarum cuticularum, quaeque ob irritantem naturam multo majora damna adducunt.

Cauterium ætuale non minus est rejicendum, quia gradus caloris, quem adhiberi fas

est, tam difficilis est animadversu: ferrum enim si nimis candet, escharam secum fert retractum, partesque frustra destruit, neque solum quid prodest, verum et maxime nocet *i).* Si vero non satis candet, nihil vel parum commodi praefstat.

Compressio tantum perpendiculariter laesae parti applicata hoc in casu aliquam praefstabat utilitatem, quae fane commodior, certior et minus periculosa erit, praeprimis si dictis remediis suffulciatur.

i) Succurrit Krausii viri Cel. citatum Libri dicti pag. 68. ex dissertatione I. E. Langii de sanguinem fistentibus, ubi hic ajit, vidisse se sanguinem ex vulnere ab amputatione cohibitum ferro candente, sed fluentem iterum ob sublatam semper cum ferro retracto escharam, ita ut Chirurgus denique ipsum ferrum adustae parti alligare necesse habuerit. Hodie quidem ferrum candens post amputaciones nemo adhibebit; sed si quis velit eo uti, antequam retrahatur, frigida, si adhuc caleat, refrigeretur, ne scilicet escharam adhaerentem secum abripiat. Verum quid consilium ejusmodi absque experientia!

§. 56.

Similis casus, qui usum conglutinantium antihaemorrhagicorum suadet, ille est, quo vascula canalem osseum perforantia laeduntur. Haemorrhagia hic insequens vel ex minimo vasculo difficillima interdum est curatu. Vasa enim fere ossibus adhaerent arctissime, neque ita contrahi breviarique possunt, quam si libera in vulnere jacerent. Hinc natura suo efficacissimo fulcro destituitur, quo ceterum haemorrhagias vasculorum laesorum solet inhibere. Neque desunt exempla, quae demonstrant, homines ita laesos, v. g. rupta arteria alveolari, esse mortuos.

§. 57.

Saepe praeterea accidit, ut in vulneribus malignis e. g. in mammis cancro arrosis, vasculum ab acrimonia ichorosae materiae adedatur, quo deinde haemorrhagia exsurgit, quae ob irritabilitatem partium cautissimam antihaemorrhagicorum postulat electionem, cum primis ubi aegri sunt debiles et enervati, ita ut jaeturam sangu-



nis, non sine gravissimo ferant damno. Hic sa-
ne nullum mihi remedium placeret, quod haem-
orrhagiam melius impedire, ichori acrimoniam
detrahere, dolores imminuere et futurae vasculo-
rum arrosioni resistere valeret, quam simplicia
conglutinantia, puta Amylum, Gummi Ara-
bicum atque alia, linteo vel spongia tenera vul-
nери applicata.

§. 58.

Ab hoc casu alias non multum differt, ubi
vascula laesa vulneris nimis friabilia sunt & ita,
ut ligatura secure apponi nequeat, neque styp-
tica et compressio vasorum haemorrhagiam bene fa-
tis impedirent, nisi iis remedii adjuvarentur,

k) Morbosum hunc arteriarum habitum ad figura-
ta non pertinere, evincunt experientiae plures,
quas sparsim exhibent Memoires de l'Acade-
mie de Chirurgie de Paris — ac mo-
dus, quo varii autores insaustum plerumque exi-
tum amputati propter aneurismata poplitis expli-
cant. Vid. summa Epistolae Londini a Cl. Mi-
chaelis scriptae in Richteri bibliotheca chi-
rurgica T. V. pag. 3.

quae defectum glutinis animalis in vasculis fibrarum, a quo ea friabilitas esse videtur, quedammodo explerent.

§. 59.

Ultimus casus mihi notus, cui nostra remedia prodesse possint, est haemorrhagia alba, quae oritur ex laeso vasculo lymphatico, quaeque, licet non continuo interimat, varia tamen secum trahit et parti laesae et totius corporis sanitati inimica.

Usus, quem balsamica remedia hic frequenter edunt, in hanc me dicit cogitationem. Neque examen glutinosorum antihaemorrhagicorum, resinarum in primis et gummi-resinarum, quae certe sese cum humoribus lymphaticis jungerent, sine utilitate instituerentur.

§. 60.

Tandem id notandum est, antihaemorrhagicis glutinosis summopere fulciri videi compressiones, hasque ope illorum forsan



esse remedium, omni vitio, quo secus labo-
rant, vacuum, itaque quaevis alia, huic fini
data remedia vincens.

Coronidis loco pauca quaedam de ratione
antihaemorrhagica nostra applicandi sunt dicen-
da: licet enim eorum applicatio facilis sit, ne-
mo tamen legitime procedet, nisi qui sequentes
regulas servaverit.

§. 61.

I. Videamus, ut, quantum fieri potest,
vulnus sit siccum. Hoc fit vel pressura com-
moda, digitis facta in laesioribus vasculorum
singularium, vel ope Torcularis in ramum
primarium vasorum ad laesam partem pergen-
tium; partim vero spongia tenuissima, aqua ca-
lida tincta et iterum aqua resorpta liberata.

Haec si negligatur regula, remedia pulve-
ris specie applicata, effusis e vasculis humoris
bus inundantur nimiumque diluuntur, quo con-

fistentiam amittunt, neque ut glutinosa sat valide agunt. Etiam vis absorbens vasculorum, quae plurimum confert ad meliorem remediorum eorumque facultatis sanguinem fistentis insinuationem, nimis humorum copia infracta, suos effectus editura esset minime.

Ceterum neutiquam timendum est, siccato vulnere, eo interire humores, qui ad solutionem remediorum sunt necessarii: nam vulnus recens novos continuo humores affluere facit.

§. 62.

II. Dentur remedia semper forma secca, egregieque comminuta. Ita enim primo fit, ut naturali menstruo, h. e. lymphaticis ac serosis corporis nostri humoribus, qui in superficie vulneris exfudant, resolvantur, menstruisque assimilentur, atque ea ratione fini aptiora reddantur illi, quem Chirurgus eadem applicando intendit, et in quo obtinendo solam sequitur naturam. Regula nostra quoque eo tendit, ut nihil perdatur virtutis eorum absorbentis, inspissantis ac

coagulantis: tum, ut consistentia remediorum in humoribus, ad solutionem requisitis retineatur ad vascula praeternaturaliter aperta recludenda: quare illa ipsa magis fit determinata, effectusque eorum securior.

§. 63.

III. Remedia nostra vasis laesis imponantur proxime, ita quidem, ut eorum efficacia re quadam, quaecunque illa sit, constringatur, sive, quod dicimus, concentretur, resque illa remedium formam tenuem, facilem et pulverulentam contineat, eorumque diffusionem impeditat. Hoc vero fieri nequit, nisi corpus texturae tenuis mollisque, quin vulnus oneret, irritet vel premat, vasculis laesis addatur. Corpus hoc porro adhaeret orificiis vasorum, ab iisque attrahitur, et remediis glutinosis, humoribus gelatinosis admixtis, quasi accolatur.

Ita alterum remedium alterius effectum fulcit, cumque singula in eundem finem conspirent; vascula laesa tam arête occludunt obstipant-

pantque, ut emanatio sanguinis ulterior timenda
sit minime.

Lintea carpta huic scopo vel summopere
apta sunt, praeprimis si non parallela, sed nullo
servato ordine complicentur. Huc quoque fa-
cit Erioxylon oleosa re liberum, item pili lepo-
rini, quos huic fini jam commendavit GALENUS
ejusque asseclarum plures. Porro prodest plan-
tarum quarundam e. g. salicis, populi, ulmi la-
nula; at prae ceteris, quod Ill. GRANDELAS ¹⁾
expertus est, quodvis spongiarum genus. Ego
vero ad hunc finem vulgari uterer spongia, cum
praeter virtutes, dictis substantiis communes, et
hanc habeat, ut valide porosa, maximeque elas-
tica sit. Prima virtute remedia servat: ob ulti-
mam neutiquam nocebit vulneri, sed cavebit in-
commoda, a laxato vel distracto ligamine me-
tuenda.

1) Vid. I. Herment dissertatio: utrum in arteria-
rum vulneribus, tutum haemorrhagias fistendi
auxilium, fungus maximus rotundus Joh. Bau-
hini? Parisis 1572 et recul. in Halleri Disp.
T. V. pag. 189.

IV. Notandum supponit, leni compressione, quae vix ita diei debeat, primam virtutem remediorum glutinantium egregie adjuvari, eorumque efficaciam in sistendis haemorrhagiis multis modis reddi et feliciorem et securiorem.

Haece fere sunt, quae pauca cum Benivolo Lectore de remediis antihaemorrhagieis glutinosis communicanda habui. Aequi bonique consulantur! Si cui forte minus probentur, cogitat tironem!

Tantum!

T H E S S.

- I. Qualitates, vires, effectusque corporum pendent maximam partem a varia structura, dispositione ac mixtione partium, corpora constituentium.
 - II. Ex philosophia mechanica rationes in Medicina unice petendae sunt.
 - III. Quaelibet functio corporis humani peculiarem effectum ratione sanitatis sibi vindicat.
 - IV. In omni morbo adeo dissensus functionum corporis humani.
 - V. Virus venereum non, nisi per corruptionem humorum lymphaticorum, producere noxas, verosimile videtur.
 - VI. Aër phlogisticus in morbis putridis salutaris est.
 - VII. Diversa docimasiae pulmonum genera conjunctim spectata, veram complectuntur ideam vitae et mortis infantium ante partum.
-



T H E S

I. Quaestio. Etis, illi quae s. s. obiectum per-
deunt, hanciam pueram a hinc utrigine
quibusque puerum, s. s. obiectum
convenientem.

II. Exemplaria, non solum in Mense
Emendanda,

Pag. 6. Lin. 4. legatur: decurtatio. — P. 9.
I. 15. l. Scorbatica. — P. 10. l. 5. l. Gooch.

III. An omni tempore non nullus inveniuntur
coquitis primum.

IV. Anus aeruletum non nisi secundum non
prosternit transpositum, proponit o-
pus, et levigata, levigata.

V. Aet. 15. pars in modis partitur, ut inserviat
ad

VI. Divitiae corporis, hanciam eunus con-
sumunt, necessaria, servare conubie gaudere
libidinem, aliud est modus, iustitiam, ratus, honestum.

W18
PICA

D

11



DISSE^TRAT^IO IN A^UGURALIS
MEDICO-CHIRURGICA,
REMEDIORUM
GLUTINOSORUM
IN SISTENDIS.

